

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

84. Scriptores

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

hi boves præ multis hominibus , quibus vanissi-
morum laborum perennitas facilè imponitur ,
quæ ad mortem usque levicula persuasione
deducuntur : itaque hæc regula erit , solum Chri-
stianum ratione sua & hoc tempore bene uti ,
reliquos bestias vel deteriores , vel miseriores
esse .

84. S C R I P T O R E S .

A. Scribe , si quid scribis . *B.* Nescio quam cala-
mus mihi stupeat . *A.* Tibi uni scilicet , hoc
scripturiente seculo , quo eunuchi gignunt , ste-
riles pariunt . *B.* Eo magis unguis rodendi sunt ,
ne quid prodeat monstrosum , & Spartâ relegan-
dum . *A.* Hæc unica cautio est , nihil seru scribas ;
id enim huic ætati tum suspectum est , tum invi-
sum , vel sanè ridiculum , nec quisquam hodie
facilius fanatici nomen obtinet , quam si animæ
in hoc vitæ breviorio consulere , Christi conver-
sationem amplecti , mundum planissimè negli-
gere eiique adversum ire suadeat . *B.* Nescio , quā
serius sim , certe mihi interdum ipsi risum mo-
veo , quam vis amarum : at quid alii videatur
haud parum reserat . *A.* De candidis , liberalibus ,
eruditis prudentibus , jubeo securum esse , quos
eiusmodi sales nunquam offendunt , potius ac-
cuunt & stimulant , sed de anathematissis , offa-
riis , mulionibus , alphabetariis , vermiculatis , bal-
nearioribus nihil habeo quod spondeam . *B.* Hi
op/nor non legent , aut non intelligent . *A.* Ata-
raneæ facilimum est è flore venenum sugere . *B.*
Sed æquè facile apimella facere , me tamen tria
valde

S C R

nde remoratu-
nus . *B.* Vnum
ex vi ego dem
ideo solenne es-
cipitari numero
mo est qui dele-
ta donata , quā
eius habet . *A.* Q
ambinon est ,
olligam , quæ ju-
ello magna eru-
tum . *A.* Misere-
ti mihi est . *A.*
logrammaticu-
m laudem , qu
egantissimè . *A.*
larius . *A.* Sal-
mus . Primus
monarcham ali-
annem , aut ma-
b dedices multi-
tentis imperi-
atica peregrina-
bi autoritatis f
ua lucellum pa-
luzre aliunde a-
incipiat , puta A
ter omnes liter-
um audacter li-
ct , aliqua voc-
um iri : etiam
statutum . Terti

valde remorantur. A. Dissolvemus, si sciverimus. B. Vnum est, quod Meccenatem non habeo, cui ego dem chartas, ille mihi aurum, quod video solenne esse; dedicare enim aucupari est, aut pescari nummos elogiorum illicio. A. Itane nemo est qui delectetur ludicris? B. Nemo qui non donata, quam cōpra malit. Alterum vero peius habet. A. Quod illud? B. Quod Bibliotheca mihi non est, unde tot autorum testimonia colligam, quae justum catalogum conficiant, libello magna eruditio[nis] confidentia p[re]figendum. A. Miseret me tui. B. Tertium planè dederi mihi est. A. Exesto. B. Nemo mihi est, qui Anagrammaticum carmen addat in autoris & libri laudem, quod alibi numerosissimè fit, & elegantissimè. A. Nec aliud te cruciat? B. Nihil durius. A. Salvus es: nam hæc nos amo vebimus. Primum quia patronus nullus est, tu tibi monarcham aliquem elige, veluti pri[oc]iosum Io-hannem, aut magnum Cham cui inscribas libru[m], & dedices multis rationibus, ac nescio cuius clementiæ impetu impu[s]us, cum Africana aut Asiatica peregrinatione illis innotueris: Id cuius tibi autoritatis futurum sit nescire non potes, è qua lucellum paulatim excreset. Pro secundo, Quære aliunde autorum catalogum, qui ab A incipiat, puta Aristoteles aut Auerroes, & pergit per omnes literas, utque in Zoilus & Zeuxis: eum audacter libro tuo inscrito, credibile enim est, aliqua vocabula tua etiam apud illos reper-tum iri: etiam id libro inopinatam addet auto-ritatem. Tertium plane in tua manu est præter-

G 7 quam

quam enim quod facile conduceuntur Poetæ, liberum tibi est sponte carmina fingere, & abundantanter librum librisficiemque laudare, suppositis ad lumen celeberrimis aut pomposissimis nominibus. *B.* Vah! quid yetat dicere inter literatos esse impostores, non impudentestantum, sed turpissimos?

85. A P O L O G V S.

A. D te ibam. *B.* Laudo, sed quid fers? *A.* FIGURAM MYSTICAM. *B.* AD CUNRADUM EUNDUM ERAT, QUITALIBUS ORBEM FASCINAVIT. *A.* AT QUI AIUT RE QUOQ; ALIQUID TALE FUXISSE ALIEUBI. *B.* HA HA HE, QUAM LIBERALIS EST CREDULITAS! sed quid tandem geris? *A.* EN IMAGINES MEO JUDICIO MERE HIEROGLYPHICAS. *B.* NIHIL EAS CONTULISTI CUM IOACHIMI CIS, AUT PARACELFICIS, AUT LIECHENBERGICIS, AUT BRIGITINIS, AUT BIBLIANDRICIS, AUT ARGENTINENSIBUS, QUIBUS WOLFSIUS NOSTER PLONUS EST? *A.* FECI, AT FRUSTRÀ, NAM NIHIL RESPONDENT. *B.* VAH! QUAM TU SIMPLEX ES. NESCIS HOC QUIDQUID EST, APOLOGUM REPRÆSENTARE. *A.* APOLOGUM AIS? sed quem AESOPUS NULLUS, AUT OCCHINUS YEL CALCAGNINUS CONFIXIT. *B.* EGÓ CERTE MEMINI ALICUBI LEGISLE. *A.* RECITA SODES, & FACEM HUIC FIGURÆ INFER. *B.* LU-DICRUM EST: AGROTABAT QUONDAM AQUILA SIVE SENIO SIVE INGLUVIELIPPENS, INQUISITUS MEDICUS CORYUS, QUI PANACEN JAETABAT, FACILE COMPARUIT, & PRESCRIPTA DIETÆ PALEIS AQUILAM DIU PAVIT, PENNAS sed interim quasi ita conveniret haud pau-

cas.